



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacramentum Ordinis**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Caput XII. De requisitis, ut irregularitas ex delicto incurratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42240**

altiolem ascendere. V. c. 2. de  
 Apostatis. Bon. *disp.* 7. q. 3. p. 3.  
 Laym. &c. Nonum, susceptio  
 Baptismi ab homine hæretico,  
 in cap. *Ventum est*, 1. q. 1. Ve-  
 rum quia hæc irregularitas  
 statuta est in odium Hæresis,  
 & voluntariæ susceptionis Ba-  
 ptismi ab hæretico, idcirco  
 eam solum incurrunt adulti  
 scienter ab hæretico bapti-  
 zati. Fill. Tr. 20. de Cens. c. 6.  
Decimum. Admissio crimi-  
 nis enormis & depositione di-  
 gni, quod vel juris vel facti  
 annexam habet infamiam, ut  
 Hæresis, Apostasia à fide, fa-  
 vor aut defensio hæretico vel  
 apostatæ præstita &c. Item  
 Apostasia post factam profes-  
 sionem in Religione. Bon.  
*Disp.* 7. q. 3. p. 7. *juxta cap. Hi  
 qui, dist. 50.*

CAPVT XII.

*De requisitis, ut irregularitas  
 ex delicto incurratur.*

**C**irca hæc delicta irregula-  
 ritatem inducentia ob-  
 F servan-  
 In dubio  
 comissi de-  
 liciti non in-

curritur in regularitas. servandum est. Primò, quod  
 tues dubius hæres, num ali-  
 quid ex modò recensitis de-  
 lictis admiseris, stante hoc du-  
 bio, eris immunis ab irregula-  
 ritate: Quia hæc non incurri-  
 tur, nisi in casibus jure expres-  
 sis; in nullo autem jure expri-  
 mitur ex delicto dubio gigni  
 irregularitatē, si exceperis du-  
 bium homicidium. Illi enim  
 jura irregularitatem expressè  
 tribuunt in cap. *Significasti*, & in  
 cap. *Ad audientiam de hom.* Pro-  
 inde si noveris te admisisse  
 actum mortaliter injustum, ex  
 quo sequi poterat mors vel  
 mutilatio, es autem dubius in  
 casu secutæ mortis, &c. num  
 verè sit secuta ex actu tuo gra-  
 viter peccaminoso contra ju-  
 stitiam, nec ne; debebis te pro  
 irregulari gerere, donec scias  
 ex tuo facto secutam non fuis-  
 se: Vasq. Turr. Dian. Escob.  
 & alii. V. Gob. in Quinar.  
*Tract. 5. c. 29. n. 14.* Dixi ex  
 actu graviter peccaminoso  
 contra justitiam. Nam si mors  
 aut

Excipe du-  
 bium ho-  
 micidium  
 aut mutila-  
 tionem,

aut mutilatio sequatur ex actu  
 solum venialiter injusto, non  
 eris irregularis. Quia irregula-  
 ritas est poena gravissima, quæ  
 ob delictum veniale imponi  
 nequit, cum poena debeat  
 commensurari delicto. Unde  
 per homicidium casuale non  
 intelligitur illud, quod per  
 meram inadvertentiam citra  
 omnem culpam admittitur,  
 hoc enim non inducit irregu-  
 laritatem, sed quod commit-  
 titur scienter ob periculum  
 occisionis vel mutilationis sa-  
 tis prævisum, nec debite cau-  
 tum, non tamen ex directa &  
 formali intentione occidendi  
 aut mutilandi. Nam quod ex  
 intentione fit, dicitur homici-  
 dium voluntarium. Gob. Tr.  
 8. Cas 17. Sect. 1 n. 650 Ab hac  
 tamen doctrina unicum ca-  
 sum excipe à jure decisum in  
 cap. Sententiam Sanguinis, ne Gle-  
 rici vel Monachi. & cap. Tu nos  
 de hom. Nimirum Clericum  
 in sacris adinstar chirurgi se-  
 cantem vel adurentem fieri ir-  
 regu-

micidium  
 aut mutila-  
 tio solum  
 sequatur ex  
 actu venia-  
 liter injus-  
 to.

Clericus in  
 sacris adins-  
 tar chirur-  
 gi secans

aut adurens  
tamen si di-  
ligenter &  
peritè id fa-  
ciat, morte  
securà fit ir-  
regularis.

regularis.  
irregularitas  
ob exercitium  
actus  
prohibiti  
a jure  
propter  
periculum  
mortis,  
& quidem  
sub gravi  
peccato  
prohibiti  
pro ut  
colligi  
potest  
ex gravi-  
tate  
pœnæ,  
sub qua  
prohibi-  
tio facta  
est. Hæc  
tamen  
modò  
dicta non  
sunt  
accipienda  
pro  
casu  
extremæ  
necessitatis.  
quia  
in casu,  
quo obligat  
jus natu-  
ræ,  
cessat  
prohibitio  
juris po-  
sitivi.

Quid si ei-  
tra abscissi-  
onem vel  
adustionem  
alia exer-  
cent, quæ  
sunt medici  
aut chirur-  
gi.

regularem, quoties ex ejus in-  
cisione vel adustione mors se-  
quitur, tamen si diligenter &  
peritè id faciat. Nam licet  
nulla hic interveniat culpa,  
nihilominus incurritur irre-  
gularitas ob exercitium actus  
prohibiti a jure propter  
periculum mortis, & quidem  
sub gravi peccato prohibiti;  
pro ut colligi potest ex gravi-  
tate pœnæ, sub qua prohibi-  
tio facta est. Hæc tamen modò  
dicta non sunt accipienda pro  
casu extremæ necessitatis. quia  
in casu, quo obligat jus natu-  
ræ, cessat prohibitio juris po-  
sitivi. Neque si Clericus in Sa-  
cris, citra abscissionem vel  
adustionem exercent officium  
medici vel chirurgi, nec si ju-  
beat aut suadeat incisionem  
vel adustionem, aut chirur-  
gum adjuvet ad justè abscin-  
dendum membrum alicujus  
infirmi, dummodo per se non  
abscindat, aut si aperiat venam  
[quamvis hoc alii probabili-  
ter regent. Bon. Disp. 7. q. 4. p. 1.]

Vel

Vel secundum regulas artis  
 medicinam porrigat, vel de-  
 nique emp'astro apostema a-  
 periat. quia in cit. cap. *Sent. sang.*  
 solum prohibetur abscissio vel  
 adustio. Mol. *Tom. 4 d. sp 75.*  
 Dian. Bon. l. c. &c. Minus ta-  
 men congruit, nisi pietas &  
 Christiana misericordia aliud  
 suadeat, ut his se occupent cu-  
 randis corporibus, qui pro  
 hominibus constituti sunt in  
 iis. quæ ad Deum sunt, ut offe-  
 rant dona, & sacrificia pro pec-  
 catis, & condolere possint iis  
 (instruendo, hortando, con-  
 sulendo) qui ignorant & er-  
 rant *ad Eph. 5* Observandum  
 secundò; Ad incurrendam ir-  
 regularitatem ex defectu non  
 quidem requiri scientiam ju-  
 ris, id est, non esse necesse, ut  
 is, qui patitur talem defectum,  
 sciat à jure illi annexam esse  
 irregularitatem, adeoque il-  
 lum, qui privatâ auctoritate  
 aliû injustè occidit, etsi igno-  
 ret ex homicidio injusto oriri  
 irregularitatem, fore n. h. lo-

Clerici in  
 sacris extra  
 casum ne-  
 cessitatis  
 aut Christi-  
 anæ pietatis  
 consiliis  
 abstinent  
 ab exerci-  
 tio artis  
 medicæ.  
 aut chirur-  
 giæ.

Ut incurra-  
 tur irregu-  
 laritas ex  
 defectu nō  
 requiritur  
 scientia  
 juris.

At vero, ut  
ex delicto  
necesse est,  
ut sciatur  
prohibitum  
esse sub  
pœna irre-  
gularitatis

Probabilis-  
ter ex nul-  
lo delicto  
incurritur  
irregulari-  
tas, nisi sit  
notorium  
& publicum

minus irregularem ob defe-  
ctum lenitatis. Attamen ut ex  
solo delicto incurratur irregu-  
laritas, necesse est, ut is, qui  
illud patrat, sciat id à jure pro-  
hibitum esse sub pœna irregu-  
laritatis. Nam ignorantia ju-  
ris, dummodo non sit crassa  
& mortalis, excusat à pœnis  
Ecclesiasticis *Dian. P. 4. tr. 2. ref.*  
*85. Sanch. & alii.* Observ.  
tertio non esse improbabile,  
saltem ob auctoritatem DD.  
ex nullo delicto quantumvis  
enormi quenquam fieri irre-  
gularem, nisi sit notorium &  
publicum, id est, notum majo-  
ri parti viciniae vel loci, in quo  
quis habitat, eo quod hujus-  
modi delictis ob infamiam  
ipsis annexam videatur im-  
posita pœna irregularitatis,  
quæ cessat in delicto occulto.  
*V. Barbosa in Trid. Sess. 24. c. 6.*  
Dicitur autem illud crimen  
occultum, quod non est divul-  
gatum, hoc est, quod neque  
notorium est per sententiam  
Judicis, nec per ipsius rei con-  
fessio-

fessionem factam in iudicio, neque per evidentiam facti, nec denique per publicam famam, tametsi sit admissum coram tribus vel quatuor, ita ut legitime probari possit in iudicio. Nam delictum posse probari non facit illud notorium & publicum. Excipe homicidium & mutilationem occultam, quia hæc licet occulta sint, ex defectu lenitatis inducunt irregularitatem. Contrarium tamen videtur esse probabilius ex eo, quod Trident. Sess 24 c 6 de reform. concedat Episcopis facultatem dispensandi, in irregularitate ex delicto occulto, exceptis homicidio voluntario iusto, five injusto, & aliis delictis ad forum contentiosum deductis, id est, iis, de quibus coram Iudice & in iudicio controversatur. Quam sane facultatem Trid. gratis concederet, nisi supponeret ex delicto occulto irregularitatem oriri posse.

Excipe homicidium & mutilationem occultam. Contraria sententia est probabiliorex delicto etiam occulto irregularitatem oriri.